

Ann. VI.

Num. VII.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis:
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

Apud "KRONIKA RODZINNA", Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM

Rakowsk e Przedmiescie, 15.

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM

Krakowskie Przedmiescie, 6

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS

AMERICÆ SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

LONDON W.

28, Orchard Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

NEW YORK

52, Barclay Street. 436, Main Street.

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL

1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

CERTAMEN POETICUM A COMMENTARIO <i>Vox Urbis</i> INDICTUM	<i>Vox Urbis.</i>
LEONIS PP. XIII CARMEN DE INVÄLTUDINE SUA.	
DE BELGICA LEGE AD OPIFICUM LABOREM TUENDUM	Demophilus.
MANIUM REGNA	Senior.
PHINEAS BARNUM EIUSQUE LUDI CIRCENSES	A. Costaggini.
EX HUNGARIA. Franciscus Lad. Rieger	X.
BENEDICTINUM MONTIS-CASSINI COENOBIUM	G. P.
QUADRAGESIMALES DOMESTICI MORES	H.D.V. Pieralice.
FABULAE SELECTAE FONTANÆ IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDITAE .	Fr. Xav. Reuss.
SELECTA EX BIBLIOTHECIS ET ARCHIVIIS. De recta pronunciatione latinae linguae dialogus	I. Lipsius.
ANNALES	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
LIBRORUM RECENSIO.	P. Angelini.
AENIGMATA	Fr. Palata.

In tertia operculi pagina:

PER ORBEM Viator.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35. Via della Pace

MDCCCCIII

SOCIETAS LATIALIS EDITRIX (Romae, Corso Umberto I, 219) nuperrime vulgavit

ITALICI COMMENTARII "LA LEGGE,, IV "REPERTORIUM,,

(a die 31 mens. Decembris ann. 1897 ad kalendas Ianuarias an. 1903).

Cuique patet magna utilitas operis huius, cum omnis Iurisperitus et norit et magni faciat tres libros huiusmodi a nobis editos, qui singula legum et rerum forensium contineant, I ab anno 1861 ad ann. 1874; II ab anno 1875 ad ann. 1886; III ab anno 1887 ad ann. 1897; qui quidem libri omnes, thesauri totidem, adeo praeclara sorte sunt usi, ut ultimus iterum praelo imprimendus fuerit. Notatam vero volumus alacritatem nostram in hoc IV « Repertorio » cedendo et vulgando. Dum omnia id genus praeferen tes antequam absolvantur consenescunt, nos satagentes praestitimus repertorium quinquennale, quod ineunte anno 1903 exhibet quae iurisprudentia firmata sunt kalendis eiusdem anni Ianuariis. Liber hic mole gaudet sua septingentis paginis constans, grandi, ut aiunt, forma, omnia similis praeditis (centim. 24 × 31), characteribus minus quam mediocribus, at nitidis, perspicuis, ad hoc opus conflatis, per voces Iurisprudentiae sacras divisus, easque alphabetico ordine distributas. Singulis autem vocibus haec continentur:

I^o *Legislatio*; id est quidquid titulo vocis refertur iuxta capita, seu paragraphos codicum, legum, regularum, praescriptorum, decretorum, et si qua huiusmodi sint.

II^o *Bibliographia integra*, hoc est index scriptorum omnium, qui sive communiter, sive peculiariter, sive libris, sive opusculis aut fasciculis, sive monographice, ut aiunt, rem, quae in argum ento est, per tractarunt in septuaginta Commentariis Italiciis, qui de iure agunt; adiungitur ex eodem titulo et in eundem titulum quod maximum in bibliographiis Gallicis et Germanicis habetur.

III^o *Sententiae seu criteria*, id est compendium Iurisprudentiae civilis, commercialis, oeconomicae, administrativae, criminalis, processualis; (in summa viginti circiter axiomatum, seu sententiarum millia adduntur).

Repertorium igitur hoc quasi praelucens quaedam fax est, et dux certus, integer, absolutus in iis, quae substratum et praecedentia legislationis, doctrinae et iurisprudentiae constituant ad ultimum Decembris mensis diem, anno 1902. Haec autem immensa materies molesque notionum ita disposita est, ut cuivis facile sit quaerere, certum sit invenire. Ceterum in calce libri index alphabeticus vocum faciliorem quamlibet inquisitionem reddit.

Pretium libri, de quo agitur, constituitur lib. 20, isque sine ullo petentis impendio ad petentem mittetur. Qui Commentario *La Legge* nomen socii dederunt, 14 tantummodo libellarum impendio habebunt, quoties optabunt. Quatuor simul omnia volumina, seu Repertoria hactenus edita, quae sunt ab anno 1861 ad 1902, septuaginta pretio libellarum ementur.

Petant, qui voluerint, ab Administratione Italici Commentarii LA LEGGE - Romae, Corso Umberto I, 219.

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus, quod de negotiis Ecclesiasticis sit; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

CERTAMEN POETICUM

A COMMENTARIO "VOX URBIS", INDICTUM

COMMENTARIU nostri socii plures, iure mirati animosam fortemque senectutem, qua Leo PP. XIII cum omnium gaudio augetur, a nobis quaeasierunt, num carmen eiusdem litteratissimi Pontificis revera esset circa vigesimum vitae annum ab eo conditum, in quo malam valetudinem suam narrans, vitae finem Ipse sibi proximum sentiret.

Nos itaque, qui sociis morem gerere quoad possemus conati semper sumus, utendo humanissima facultate alias a Pontifice per amicum quandam nostrum, eumdemque ex intimis cubiculariis eius nobis oretenus facta, ut scriptum Eius quodvis libere in *Voce Urbis* ederemus, hodie Carmine exoptato nostras paginas ornamus.

Sed non uni desiderio, quamquam laudabili, satisfacere, non unam animi delectationem his versibus apparare intendimus; alios fructus ex iis colligere mens fuit: placuit in nobile certamen socios vocare, ut contendant, a felici rerum eventu occasionem nacti, pontificio carmini poetice respondere. Nonne gratum augustissimo Viro id fiet, cui adeo cordi latina lingua est; nonne sic etiam latinitatem ipsam provehemus?

Qui igitur ex sociis commentarii nostri — neque enim praeter hos alii invitantur — accedere ad certamen ve- lint, industriam omnem in re ponant; nos enim curabimus ut die nominali Leonis XIII — hoc anno XVII kal. Sept. celebranda — eorum carmina, quae censores ad hoc deputati optima iudicaverint, ad Summum ipsum Pontificem deferantur, praemio iisdem, quotquot erunt, constituto volumine quod continet

LEONIS XIII P. M.
CARMINA ET INSCRIPTIONES.

LEONIS PP. XIII

CARMEN

DE INVALETVDINE SVA.

*Puber bis denos, Ioachim, vix crescis in annos;**Morborum heu quanta vi miser obrueris!**Iuverit hos fando tristes memorare dolores,**Et vitae aerumnas dicere carminibus.**Nocte vigil, tarda componis membra quiete:**Viribus effetis esca nec ulla levat**Languentem stomachum; depresso lumine ocelli**Caligant; ictum saepe dolore caput.**Mox gelida arentes misere depascitur artus**Febris edax, mox et torrida discruciat.**Iam macies vultu appetet, iam pectus anhelum est;**Deficis en toto corpore languidulus!**Quid tibi blandiris, longos quid prospicis annos?**Atropos horrendum mortis adurget iter.**Tunc ego: « non trepida frangar formidine: mortem,**Fortis, dum properat, laetus et opperiar.**Non me labentis pertentant gaudia vitae,**Aeternis inhians nil peritura moror.**Attingens patriam, felix est advena, felix**Si valet ad portum ducere nauta ratem ».*

Ann. MDCCXXX.



Scripta autem ad *Vocem Urbis*, (Romam, via Alessandrina, 87) mittantur quovis dispendio immunia ac praescripto tempore sic, ut **ante primam Iulii mensis diem** ad nos perveniant. Caveant denique ne ea suo nomine obsignent; contra in fronte voluminis versum aut sententiam scribant, ad-

dantque epistolarem thecam, quae exterius eumdem versum aut sententiam praferat; intus habeat nomen scriptoris inclusum.

Eia itaque, agite, o socii; hic enim vestrum opus; hic labor!...
Vox Urbis.

DE BELGICA LEGE

AD OPIFICUM LABOREM TUENDUM.

Quae de opificum labore tuendo Belgarum legati populares lege recens – duobus circiter ante annis, ni fallor – eaverunt, ea plane maximi esse ponderis aetate nostra compemus, qua aerius in dies opificium iura vindicantur. Ea itaque in tot studiosorum conatibus ad plebi meliorem rerum condicionem reddendam summatim referre non alienum ducimus.

Pactio certis legibus definitur, qua opifex quisque, duce certo ceroque domino, ad laborem suscipiendum adstringitur, certam vicissim mercedem domino vel auctore spondente, quae tum tempus laboris perspiciat, tum eiusdem arduam plus minusve perfectionem.

Pretii pondus speciesque, tempus aut locus laboris, omniaque operis adiuneta lege sancta apparent. Pactionem de hisce sive verbo sive scriptis fieri oportet, quae, nisi statuta aut foedus iusserint, usui longaevo, aut locorum consuetudini adamussim gubernanda traditur. Ad rem tutandam in iure testium quoque assertionibus uti licet quotiescumque scripta documenta deerunt.

Quae foederi actiones innituntur, eas sex mensibus actis praescriptio extinguit, nisi alias peculiari lege cautum, aut vulgatum fuerit quidquam ignotum illue tenus atque secretum de suppellecili certa effingenda, vel de detimento ex morbis aut infortuniis sarcendo. Si dolus accesserit, sex mensium praescriptionis cursus nonnisi a cognita doli machinatione decurreret.

Hisce in universum delibatis, capita nonnulla sequuntur, quorum maximi momenti esse videntur secundum tertiumque, partium obligationes vicissim constituentia earumque extinctionem: reliqua de nuptiae mulieris deque pueri minoris aetatis iuribus, de praeteritis legibus, de legibus ad rem innovandam pertinentibus agunt.

Est articulus opificem iubens operam suam optimi patrisfamilias studio et cura perficere, conditionibus atque praescriptionibus subesse a rei auctore et domino impositis ad operis perfectionem, idemque agit de humanitatis legibus et optimis moribus ad laboris usque complementum servandis, de secreta arte qua obiecta finguntur non revelanda, de cavendis sedulo negligentis unde incolumitati soierorum, vel opificii discrimen adveniat. Alius opificem adstringit ut perfecto opere, auctori suo vel domino laboris arma seu instrumenta integra pro posse reddat, resque quibus forte usus non sit, restituat. Pendet ipse culpam quoties res sibi traditas pessum dederit vel corruperit, vel detrimenta opificio quaevis intulerit: quae compensatio sive concordi aestimatione utraque pars decreverit, sive index sententia perpenderit, non ultra quintam mercedis partem singulis hebdomadis detrahendam extenditur, ad integrum usque restitutionem; si easum excipias quo dolo malo opifex se gesserit, vel sponte sua a labore recesserit antequam culpae omnino sarciantur.

Auctor rei, sive dominus, lege vicissim teneatur opificem iuxta foedus utrinque initum ad operam mittere, praecipue vero, quoties res postulaverit, instrumenta operis et res illi tradere necessarias, patrisfamilias optima diligentia vigilare ut tuta sit in opere ipsius vita et valetudo, ut, si irrepsert infortunium, auxilia opportuna admoveantur. Quodsi auctoris vel domini culpa operae perficienda onus fiat operario impossibile, media mercedis pars ei solvetur pro tempore inaniter assumpto, nisi alias forte opificium deserere lieuerit.

Extinctioni pactionis, quae potissima novae legis est pars, Belgarum legis latores, post consuetos modos lege iam praefinitos, conditiones statuere novas, et temporis fluxum, et operis perfectionem, et alterutrius partis voluntatem, quoties foedus sine certo tempore initum fuerit, vel aequa discordiae causa supervenerit, et opificis mortem, vim denique, quam repellere fas non sit. Consuetudine tempus foedius regitur nisi pactione praefiniatur: si nullus sit terminus, indefinitum tempus praesumitur. Si peracto termino utrinque opera pergitur, ad indefinitum tempus continuanda praesumitur.

Quae cum ita sint utriusque parti ius erit denunciandi alteri terminum quo intercipere operam intendat, quod, nisi alias eaverit ipsa pactione vel usus, ante hebdomadam saltem faciendum erit. Si varios terminos utraque pars posuerit, qui longior est vim legis obtinebit.

Sunt autem casus quibus ius fiat rei auctori, nulla praemonitione abrumpendi foedus: si nimis opifex fallacibus documentis auctorem dominum feffellerit; si iniquum quid, vel in honestum admiserit, si manus in socium vel in auctorem iniecerit, si iniurias quomodolibet intulerit, si data opera detrimentum illis procuraverit, si bonos mores offenderit, si secretas operis leges vulgaverit, si sua negligenter loci ineolumentatem sociorumve in diserimen adduxerit.

Si nullum tempus extinctionis praefinitum in foedere fuerit, quoties alterutra pars ab obligatione suscepit, aut nulla, aut extra tempus data praemonitione recesserit, solvere debebit contrariae parti medium mercedem, dinumerata pecunia pro diebus singulis, qui sunt ad praemonitionem edendam statuti, vel quos, iuxta foedus, mutua adhuc obligatio exquisivisset: non autem id solvendum ultra medium hebdomadarium mereadem.

Reliqua, ne longiores simus, silebimus: at pro aequitate, quae ex lege praeluet, haec retulisse sit satis.

Digna quidem est lex, quae matura consideratione perpendatur, quae laboris foedus certioribus conditionibus sancire et fulcire conata est, non id quidem imprudenti et parum perpensa mente, sed iuxta optimas consuetudines. Si quae in lege minus perfecte canta fuerint experientia probaverit.

DEMOPHILUS.

MANIUM REGNA.⁽¹⁾

Ut a duabus praecipuis fabularum fontibus aliquid circa nostra hauriamus, ad Aegyptios in primis nos convertemus, sat proximos Indis, quorum principium tuto in bicipiti sententia continetur: « Omnia ab Uno; omnia in Unum ». Quo effato plane intelligitur ereata omnia, animis humanis praesertim hoc, a Deo fluentia, et quasi Numinis partes ab illo, terrena vitae peregrinationem accipere; in illum redire (2). « Qui sanete pieque vixerint, ii morientes corpus dissolutioni dabunt, relinquunt, athomique corporis in universitatem rerum redibunt, scilicet in visibilis Dei unitatem; animas Deo reddent in eumdem commutandas, restitutas, aeternum moraturas, haerentes ad instar partium Integro, a quo divulsae fuerunt. Qui vero mala patraverint, corpus quidem divisum in athomas universo visibili reddent ut ceteri, at eorum animae proieciuntur in abyssum, horribilem erueiatibus, ibique, Naraca dieitur, seu Infernus, in tormentis erunt centum per Brahmea (dei) annos; nempe tres mille centum ac tres et quinquaginta per biliones, et sexcentos miliones saeculorum. His expletis, Brahma iterum absorbebit omnia, in se rursus omnia, bona, mala, convertet, novusque rerum ordo et creatio nova incipiet omnia restaurans ». Neque alia ab Indis est Sinensium sententia, quamvis per phantasiae campos non ita vagetur: « Qui enim bonis invaluerit vivens operibus, hic unus e magnis fiet Spiritibus, aut saltem immortalitate divina donabitur; qui male egerit, – (et prava enumerantur in libro), – punietur iuxta mensuram rebellionis contra singulas iustitiae aeternae leges et contra Numen. Filii, nepotes eius, dira, adversa patientur; ipse autem, infelix anima, cuiusvis sedis et requie extorris, diu, diu, per sepulchra, per caeca vagabatur, horridum phantasma interdum visible »... « Si-
fuere, vagantur, Latrones, homicidi ingruens draco, qui abreptos lacerat, at in ventre eius valuntur sexcenties gerint in canem, hac illac discurrunt, pite enormique rimbens, obterens mundus posse abire spem lupus Fenris, semper quibus est insuperis tormenta pernivibus, inquis, e-

Sed praestat ad Aegyptios reverti. Circa futura post mortem brevibus nos monet liber Hermeti Trismegisto tributus, in dialogo cui Pi-mander praest, nempe Deus-Verbum, Cogitatio, « Logos » Divinæ Potentiae: « Pars hominis altera, spiritus, immortalis est... Ego deus ab iis, qui me nescire volunt, recedo, discedo, relinquens eos daemoni vindici, qui impios amat, et igne erueiat ». At ubinam erueiat? Hoc indicant pa-pyrorum volumina, quorum exemplaria in Vaticano servantur, in Taurinensi museo, et alibi. Ubi interpretata nuper a hieroglyphicis notis perlegeris libros: « ad bene moriendum », « ad bene pergendum in regionem spirituum » et huiusmodi, facile perspicias, quae veritati pri-mum traditae sacerdotes turpiter addiderunt. Est enim subterranea via, est transtans emortua stagna navis, est iudicium animae, est tribunal, est confessio adeuntis, peccata negantis, bona confitentis. Est quid commixtum et medium inter Indos et Graeco-Romanos. Ad unum est

⁽¹⁾ Cfr. num. sup.⁽²⁾ OUPNEKAT, *Vedas* passim; DUBOIS, t. II. — *Asia Po-tigotta*, t. I.⁽³⁾ LAOTSEU, *De praemis et poenis*. — ABEL REMUSAT, *Windischmann*.

in Rosetti, in A
appellatur, – quo

Osiri iudice, in
mae sententiis pr
Pluraeque in « s
ibi mundentur m

Aut huma

Sunt quae novem
hae fere optimae
rendae; sunt qua
per tria annorum
in sede dolorum.
peregrinatione (2)
corpora, sexcenti
usque guttas ha

At quoniam in
Scandinavis aliqui
suasio inerat, ne
fernale specus, ne
formaretur terra
est laetus unde flu
Abyssus, Procella
fluminum ingens
fores ad locum, ex
panduntur, et mu
cadaveribus, quo
stillantia tabo, v
ex hoc veneno f
submerguntur dan
minores continent
tidem aedificia ad
primo Mors habitat
et Dolor. Parum
seu litus cadave
quaedam, ferreis
catenis vineiuntur
aeternum obducta
bellatores, qui seg
fuere, vagantur,
Latrones, homicidi
ingruens draco, q
abreptos lacerat,
at in ventre eius v
luntur sexcenties
gerint in canem
hac illac discurr
pite enormique ri
rbens, obterens mu
posse abire spem
lupus Fenris, sem
per quibus est insu
poris tormenta per
nivibus, inquis, e-

Nonnullis sente
(Hebraeos semovere
poetas, traxisse in
conflarent, nomin
nibus nihil pond
gnationem, non re
non ab essentia
suapte collatis rad
uti si dixeris « q
Beniamin, Abraha
bueris. — Sed nom
modi « Tartarus »
lemni pro defun

(1) EDDA, F. 33, *Völ*
— MARCHANGY, *Gallia*

IGNA.⁽¹⁾

abularum fontibus
niamus, ad Ae-
temus, sat proxi-
m tuto in bicipiti
s ab Uno; omnia
intelligitur creata
tertum hoc, a Deo
partes ab illo, ter-
recipere; in illum
e vixerint, ii mo-
bunt, relinquunt,
ositatem rerum re-
mitatem; animas
tandas, restitu-
entes ad instar par-
fuerunt. Qui vero
n divisum in atho-
ut ceteri, at eo-
yssum, horribilem
icitur, seu *Infer-*
per Brahmae
centum ac tres
et sexcentos mi-
s, Brahma iterum
sus omnia, bona,
m ordo et creatio
ns». Neque alia
ntia, quamvis per
retur: «Qui enim
bus, hic unus e
em immortalitate
gerit, – (et prava
tetur iuxta mensu-
s iustitiae aeter-
nili, nepotes eius,
autem, infelix
ei extorris, diu,
eaeca vagabitor,
visibile»... «Si
poena improbos,
roportionem cor-
rum, ita praemia
sequuntur» (3).
everti. Circa fu-
nonet liber Her-
dialogo cui *Pi-*
arbum, Cogitatio,
Pars hominis al-
Ego deus ab iis,
cedo, relinquens
os amat, et igne
loc indicant pa-
emplaria in Va-
nuseo, et alibi.
oglyphicis notis
riendum», «ad
spirituum» et
ae veritati pri-
er addiderunt.
anans emortua
nae, est tribu-
reafa negantis,
tum et medium
Ad unum est

t. II. — Asia Po-
— ABEL REMSAT,

in *Rosetti*, in *Amenti*, – umbrarum regio ita
appellatur, – quod in *Elysiis*, quod in *Inferis*.

Osiri iudice, inferarum regionum arbitro, ani-
mae sententis premuntur in suum ituram locum.
Pluraeque in «sedem dolorum» mittuntur, ut
ibi mundentur minoribus culpis, quas

*aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit Natura.*

Sunt quae novem illie annos habitabunt, atque
hae fere optimae, postea in Olympum transfe-
rendae; sunt quae pluribus inquinatae maculis,
per tria annorum millia torquendae manebunt
in sede dolorum. Pessimae denique sempiterna
peregrinatione (*Metempyschosi*) per animalium
corpora, sexcenties tormenta mortis ad ultimas
usque guttas hausturae, peregrinabuntur.

At quoniam in hisce sumus, iuvat etiam e
Scandinavis aliiquid attingere, ut, quae iis per-
suasio inerat, non ignoremus. *Niflheim*, in-
fernale specus, multas per hiemes antequam
formaretur terra defossum est. In medio eius
est lacus unde fluenta oriuntur: Angor, Perditio,
Abyssus, Procella, Rugitus. Pro ripis horum
fluminum ingens attollitur muro circuitus, cuius
fores ad locum, ex quo mediam spectent noctem,
panduntur, et murus hic totus constat draconum
cadaveribus, quorum capita introrsum conversa,
stillantia tabo, venena perpetua vomunt, atque
ex hoc veneno fit amnis, fit flumen, in quo
submerguntur damnati. In illo murorum ambitu
minores continentur ambitus novem, quasi to-
tidem aedificia ad torquendum, atque horum in
primo Mors habitat, cui famulantur Fames, Labor
et Dolor. Parum inde est tetrum *Nastrond*,
seu litus cadaverum, et longius viget sylva
quaedam, ferreis arboribus germinans, quibus
catenis vincuntur gigantes. Tria maria, nebulis
aeternum obducta, sylvam eingunt, per quam
bellatores, qui segnes, qui socordes, qui timidi
fuere, vagantur, semper trementes formidine.
Latrones, homicidas, periuros volatu circumit
ingruens draco, qui saevi arripit unguibus, et
abreptos lacerat, vorat sine requie, sine mora;
at in ventre eius vitam recipiunt, et inde expel-
luntur sexcenties vorandi. Qui draconem effu-
gerint in canem *Managarmorem* incident, qui
hac illac discurrat insequens, deformique ca-
pite enormous rictu quaeque scrutatur, absor-
bens, obterens molaribus immensis. Et, ne quis
posse abire speret, circuunt indefessi *Niflheim*
lupus *Fenris*, serpens *Mingord*, et deus *Loke*,
quibus est insuper munus ne vel puncto tem-
poris tormenta poenaque desint inclusis illic
vilibus, iniquis, et improbis (1).

Nonnullis sententia est ab ethnicis huiusmodi
(Hebreos semoveo) Christianos Patres, doctores,
poetas, traxisse imagines, quibus inferna regna
conflarent, nomina quoque traxisse. De nominib
nihil ponderis; nomina enim rei designationem,
non rem praeferunt, et ex consensu
non ab essentia sunt, siqua tollas quae rem
suapte collatis radicibus perferunt et elementis,
uti si dixeris «quadrivium, ferrivia, ruricola,
Beniamin, Abraham» et quaeque proxima ha-
bueris. – Sed nomina nonnulla recurrunt; cuius-
modi «Tartarus»; Ecclesia enim in prece so-
lemnii pro defunctis petit ne animas eorum

(1) EDDA, F. 88, *Voluspa*. — BARTHOLIN, *Antiqua Daniae*.
— MARCHANGY, *Gallia Poet.*

«absorbeat Tartarus».... Numquid Ecclesia
ethnicizat? – Absit; non autem sic forte dixisset,
qui animadvertisset esse in Apostolo haec verba
«Peccantibus Angelis non pepercit Deus, sed
rudentibus inferni detractos in Tartarum tra-
didit cruciados in iudicium reservatos» (1).
Numquid ethnicizavit Apostolus? Impia haec,
et blasphemata nemo concedet. Qui enim idololatria
morte propria oppugnat, praedicatione
devicit, idololatriam scripto restaurare non poterat.
– Cur ergo dixit? – Si Iob legeris, quem
retulimus in superiore numero, illud plane re-
spicies. Quid si ipsum Evangelium dicens: «Te-
nebras exteriores; ibi fletus et stridor dentium?».
Quid autem si cogitaveris illud: «Ite, maledicti,
in ignem aeternum paratum diabolo et Angelis
(nuntiis, praedicatoribus) eius?». Nonne tibi vel
Christus ethnicizare videbitur? – Quid ergo?
– Atqui haec olim sequunt Patres, de illo igne
inextinguibili loquuti sunt; et quia «omnes nos
manifestari oportet ante tribunal Christi, ut re-
ferat unusquisque propria corporis prout gessit,
sive bonum, sive malum» (2), Augustinus do-
cebat: «in uno igne plura sunt inventa supplicia»;
non enim iustitiae est eodem supplicio
supremo premere minus vel magis reos; sed
peccato poena debet esse conveniens.

Hinc illud in primis, quod initio humani ge-
neris quaedam *Apocalypsis*, seu revelatio, facta
sit praesertim circa ea, quae longe aberant a
visu atque attactu. Veritas primum tradita hu-
mani pulveris, humanae rubiginis aliiquid hic
illie admisit. Christiana veritas singula revo-
cavit ad pristinum. Quod utique apparebit, si
Hermetis illud, – innuimus enim, – *Pimander*,
cum voluminibus papyracéis, quae sacerdotes
tradabant una cum cadaveribus reponenda, con-
tuleris. Nam illie de iudicio Dei legitur; hic
de Osiride; at quando iudicium, iuxta sacer-
dotes, fieret? Haudquaque prius, sed corpore
penitus dissoluto. Vides igitur quaesitum lu-
erum in volumine tradito, vides quaesitum lu-
erum in impedio de corporibus balsamis con-
diendis, ut remanerent incorrupta, indissoluta,
prouti nunc vel ea, quae «mummias» vocant,
in museis nostris videmus ab Aegypto praes-
ertim ad nos delecta; et sie iniquus iniudi-
catus, non damnatus restaret.

At quid de poetis, de Alighiero nostro praes-
ertim? Aliud est poetice, aliud theologice
loqui. Sit Alighiero potestas vagandi quo ve-
lit; nam

*pictoribus atque poetis
Quidlibet audendi semper fuit aequa potestas....*

Plurima utique et ille hinc inde collegerit, ut
faceret de pluribus unum. Quid ad rem? *Apoca-*
lypsem Petri sacros inter libros non video;
hinc nemo poterit grave argumentum ex illa
proferre, etiamsi concedatur patuisse Alighiero
(3). At hic, qui suum praedicat ducem Vergiliū,
in ipso Vergiliū libro, de quo nonnulla
attulimus, poenarum diversitatem et distributionem
legere poterat, et certe legit non me-
dioeri suo emolumento.

SENIOR.

(1) PETRI, Ep. II, cap. II, v. 4.

(2) PAULI AP., Epist. II ad Corinth., cap V, v. 10; item
ad Romanos, cap. XIV, v. 10.

(3) Cfr. Bessarione Commentarium, anno VII, fasc. 67, pag. 49
et seqq.

PHINEAS BARNUM EIUSQUE LUDI CIRCENSES.

QUI ad Bridgensem portum acervi rerum, in
urbem quodammodo aucti, igne, prouti
recens a diariis nunciatum est, deleti sunt, ii
omnino miraeulum exstabant Americanorum au-
daciae et peritiae, qua noverunt ex rebus vel min-
imis ita negotia agere, ut et pervinceant ausus
omnes et extollerent brevi tempore, novis
incrementis quotidie inflarentur, et incredibilem
paene pecuniae vim auctoribus conferrent. Nemo
enim eset suspicatus, ex futili vanaque omnino
re, ut est belluarum ostensio, ut monstrorum
omnis generis exhibito, tantos incoepitus se-
cuturos, quos Phineas Barnum primus ausus
est et molitus, quos Baley, socius eius haec
resque, ad culmen modo adduxit firmavique
mirabili arte. Nec enim urbs illa Bridgensis
litoris aliud erat quam ingens opificium, cui ope-
rariorum millia intenderent, plerique ad mon-
strorum belluarumque commercium. Hic alios
videbas ad omnia paranda adlaborantes, quae
immani ausui deservirent, tentoria, casas li-
gneas, curvas, vehes, electridis machinas, thea-
tra, caveas, vestes, arma instrumentaque omnia
spectaculis necessaria. Igitur officinae ibi li-
gnariae, ferrariae, textiles, aliaque huiusmodi;
erant et diribitoria, et scholae, ludique, ubi
negotia agebantur pro domino. Ceterum, etsi
detrimentum ab ea civitate susceptum, qua-
dragies centena millia libellarum longe sit su-
pergressum, non inde tamen res intercipietur
vel minutetur; tuta enim pactio, quae contra
infortunia iniri solet a prudentissimo quoque
patrefamilias, Barnumensis illa civitas non ca-
rebat.

Itaque uti singulis annis in more fuit, hoc
ipso Parisiensia ad moenia eius spectacula re-
novabuntur, rursusque itinera aestiva brevi su-
scipientur per Europae perque Americae regna,
luera ingentissima quotidiana rursus relatura.

At quaenam huiusmodi ludorum expensae?
Quot hominum centuria eutriende, quae sol-
venda scholariis, histrionibus, mimis, musicen
agentibus, saltatoribus equitibus, belluariis,
monstruosis hominibus feminis mercedes?
Quot belluae? Quot equites, quot elephantes,
quot camelii, phocae, simiae, quot leones tigres-
que, quot chroedili, et pisces, quot serpentes?
Mira res et paene inaudita, et maioribus quoque
circensibus satis digna, nec tamen, ut in illis,
cruenta sanies foedat arenas.

Cavea maxima, ubi spectacula produnt, in
tres partes dividitur; eam circum in immanni
campo tentoria et casae, eadem semper ca-
strametationis lege ponuntur. Eam complent
decubitoria, stabula, officinae, ludi epistolarii,
argentariique. Cavea spectantium patet quin-
quaginta millibus, qui, e suo quisque loco, tri-
plicem illam arenam conspiciunt, triplicatoque
gaudent visu vario simul et uno: belluarum
pastu et saltibus, mimicis ludis, choreis, eques-
tribus ausibus et gymnicis prodigiis; quae omnia
americanō more renovant quodammodo olym-
pica certamina, at digniora risu, quam admir-
atione et Pyndaricis hymnis.

At quod maxime obstupescendum, tempus est
per breve sane et peregrinum quo tanta fiunt. Ur-
get hora mortales omnes, urgent negocia; com-

pellimur quasi calari temporis omnes in cursu; at praepetes Americani, qui humano exercitui quasi velites praeunt. Media nocte, silente urbe, peculiaribus curribus totidemque suis adveniunt homines, belluae, machinae, elementaque omnia circi et casarum: equi operariique descendunt, eurus trahunt singuli ad campum: quator post horas, urbs nova surgit ecce ante oculos civium expersicentium! Die sequenti bis spectacula produnt, post meridiem primum, atque diurno tempore, alterum nocte: eo vix peracto, iam solvuntur funes, decompuntur casae, belluae paullatim redeunt in eurus, longa series ad stationem urbis per silentium noctis reddit, postero die alibi gentem aliam stupore percursura.

Omnia haec acie ingenii summa ac vi animi longe maiore potuit Phineas Barnum, vir parvus corpore, Bethel in Connecticut republica natus, qui aromatum cauponam gerebat. Sexennis erat Victor Hugo, Napoleon Lutetiae Parisiorum sedebat, Pater patriae Washingtonius conclamabatur Neo-Eboraci, cum hic belluarum rex ortum vidi. Negotia a puero summa cum utilitate, natura impellente, aggressus est; iamque vigesimo anno auctus scribendae ephemeredi mentito calamo intendit, quemadmodum postea captavit mentitis monstros aures populi. In careerem inde conicitur, unde nudus, misellus, famelicus exiit. At brevi primo occurrit miraculo, quo viam novam ingressus est ad gloriam et fortunam. Haec posse dedit anus nigrita forte centenaria, quam emit vix ac audiuit quemdam haec iocantem: « Adeo anus haec senescit, ut Washingtonio nutrix ei esse lieuisse ». Proh stupor! Iurat Barnum secreto: « Erit quod tu dixisti »; statimque eam, rite eruditam, vulgo proponit ubique, ut Washingtonii nutricem ipsam!

Audentem fortuna iuvat; inde similes ausus similiaque mendacia moliri indefessa mente ille non destitit. Qui autem molimum exitus fuerit audistis, lectores, ac vidistis. Quae inter unum semper idemque manebit maximum, praecepit illum latissimumque Niagarae fluminis gurgitem Barnumii crumenae inservisse, cum detenta super fune, Blondinus, ille funambulus, ipso auctore, gurgitem transivit. Aderant cives plaudentes ex tota America, dum medio in itinere, ex curiculo, quem aereus viator agebat, vir quidam apte abditus brachium extollit vibratque vexillum americanis coloribus distinctum, triumphum libertati patriae auspiciatus. Nonne eam iure maximam gloriam fateri oportuit a rege illo praeconum aequisitam? Neque modo haeredi eius et socio Bayley detrimenti quidquam incendum afferet: viro nimirum, quem Phineas ita ipse existimavit ut socium potius operis et participem lueri, quam aemulum sibi esse maluerit.

A. COSTAGGINI.

Dico tum vitam beatam, cum peracta fata sunt.

AUSONIUS.

Sed quoniam ad tantas non primum nascimur artes,

Nunc primum teneros firmamus robore nervos.

VERG. ad Messalam.

Emitur sola virtute potestas.

CLAUDIANUS.

EX HUNGARIA

Franciscus Lad. Rieger.

FRANCISCUS Lad. Rieger, quintum et octogenimum aetatis sua annum agens, V non. Martias Pragae obiit. Vita eius et opera nomenque ad Austriaci imperii vices per medium saeculum fere omnino attinent, praesertim ad Bohemorum rem publicam eius doctrina, cultu, potentia auctam. Ipse enim post Palachy sua gentis vere dux exstitit, integer quidem, prudens et peritus; attamen, uti plerumque assolet, vir de sua republica tam optime meritus ingratu animi praemio a populo est repens.

Abhinc annos deceim Roma vestra Virum hospitem habuit, qui, eum istuc audivit comitia oratoribus popularibus eligendis nomen suum oblationi tradidisse, a politica re secessit, quamquam inter privatae domus parietes a bono pa-



Franciscus Lad. Rieger.

triae sua procurando nunquam deinde abstinuit manus.

Romae eum moraretur, a Summo Pontifice peculiari benignitate una cum nobilissima uxore sua exceptus est, Saerasque Species ab ipsis manibus Supremi Pastoris suscipere illi contigit auspiceatum; at Romae quoque mulierem vitae sociam crudeli fato amisit.

Vir fuit catholicae fidei acerrimus adseritor; cum Germanis imperii aequanimis atque sincerus, cumque iis praeceps, qui catholicam professi fidem, Alpum fines incolunt, summa comitate licet origine et stirpe dissitus, coniunctus fuit.

In Gradecensem urbem principem anno MCMII ad catholicorum comitia invitatus, haud descendit gravi aetate iam praecepitus, at gratulatioriam epistolam eandemque excusatoriam benevoli misit.

Iusta eius Pragae celebrata adeo solemnia evasere, ut pompa regia duci ad funus magis quam privatus civis videretur.

X.

BENEDICTINUM MONTIS-CASSINI COENOBIVM.

TANTA huius loci fama est apud omnes, qui litteras et artes colunt, ut instituentes de ipso facere mentionem non praebere dignitati et nomini eius obsequium, sed quasi debitum solvere arbitremur. At in hac re tales haberit volumus, quales qui exiguum darent assem talenta debentes. Quidquid enim Italiae, Europae, universo denique Orbi terrarum a prisca maiorum sapientia reliquum est, quod luet adhuc, omne prope ab hoc asecero et servatum fuit, et novum postea quadammodo suscepit ortum et nactus est incrementum. Quanta autem in ipso et ab ipso lux emicaverit et coruscaverit profecto poteris intelligere, si animadverteris toties depopulatum, expilatum, numquam omnibus fuisse prorsus orbatum divitiis: toties extinctum, suapte semper iterum refusisse: toties oppressum, sua rursus vi semper emersisse gloriosum.

Exstans olim et splendore suo et mole omnium gentium a servo ad Caesares in se oculos et ora convertit; dirutum, nomine magno, magis quam si esset integrum, a ruinis et exterminiis impositis se vindicavit; resurgens, iterum tot in se Musarum congregavit opes, ut vigeat vireatque adhuc aeternum iuventa. Quoniam ergo nomine digne appellabimus locum, quem nee barbari sternunt, nee saecula labefactant, nee inimici possunt destruere, nee insidiatores opprimere, nee detrahentes minuere, nee invidentes exterminare, nee exhaustire praedones et redigere in paupertatem? Nomen, qui volunt, exquirant, ut, prouti compar est, nuncupentur; nos interea aliquid de historia eius summo haustu attingemus vel ab exordio, praestabitque oculis nonnulla exhibere videnda graphicce expressa de iis, quae ibi sunt. In reliquis utemur compendio, et brevitati studebimus. impares moli confiendorum librorum.

★

Traditur a M. Tullio Ennii poetae sententia, qua monemur fuisse olim in Italia vetustissimum genus hominum, qui Casci appellarentur. Civitas haec, giganteis viribus potens, oppida sua moenibus vallabat enormibus, illa adstruens ingentibus molibus, saxis immanibus, contra quae circiter quadraginta et ultra saecula frustra irruperunt. Caput gentis et princeps urbs Cassinum, seu Cassinum fuit, quam sibi pariter Volsci et Campani asserebant. Iuxta Latinam viam, in finibus novi Latii et Felicis Campaniae, assurgebat munitissima loco et operibus, et priscis in litteris interdum Casea, interdum Heraclea dicebatur, quasi primo vocabulo, Osco sermone, antiquissima celebraretur; altero autem, ab Hercule vel exstrueta, vel Hercule digna, vel Herenli robustissimo consecrata. Rudera, reliquiasque murorum, cyclopium opus, admiratur peregrinus attonitus. Sabini, Osei, Volsci, Sammites Campanis quotidiani hostes, quibuscum de imperio uberioris Italiae certabant, olim incoluere, alias post alium; quorum postremi Sammites Caseum oppidum, scilicet vetustissimam urbem, prisco nomine non mutato, retinuerunt in sua potestate, donec Romana res orantibus Campanis accessit, et sibi socios adsevit ut Samnitica ab iniuria eos liberaret.

Flagrante igit mani potiti sunt sors, Caio Iunio Urbe condita C millium colonia, prima obstaret S molirentur, siqua versarii, qui nec animo imperium, volebant, utrosque Anno Urbis DCL seinensis Colonia ceps Petrus ibi constituisse, quorū prarius, anno p. C. scripsit a Pontifice S. Severus, qui R anno CCCCLXXX bente.

Alarieus, Gothorū savit: Theodoricū stavit; at, mirabiliter funera et ignes, dum templū, quorum V haberet. Ibi oracula, et sacrificia fuerat oppido tan incolebatur; rudens, pro mapal ferme soluti lege quia latifundum exiguæ domus C Cassinense constituit.

Interea V p. Ch dam adolescens, nomen fuit, in earliestibus addixerat, incendiis, vastationis, animi, tristes, in dictus in Dei nontantum si praestit, abiicerent euras, r quid enim nisi nivitum mundus oremus impar adetus, in Sublacens liebatur circa Nettia illa, neglecta testes ii, aureae navis purpurei veli, citrinibus olim sua


NI COENOBII.

apud omnes, qui
t instituentes de
aebere dignitati
quasi debitum
re tales haberi
darent assem ta
in Italiae, Euro
rarrum a prisca
est, quod luet
ceterio et serva
ammodo suscep
um. Quanta au
amicaverit et co
telligere, si ani
expilatum, nun
orbatum ditiis;
per iterum reful
vursus vi semper

suo et mole om
sares in se oculos
magine magno, ma
ruinis et exte
resurgens, iterum
it opes, ut vigeat
ta. Quoniam ergo
ocum, quem nec
labefactant, nec
insidiatores op
re, nec invidentes
aedones et redi
qui volunt, exqui
nuncupentur; nos
summo haustu
establitque oculis
aphice expressa
uis utemur com
us, impares moli

poetae sententia,
Italia vetustis
asci appellaren
ribus potens, op
enormibus, illa
axis immanibus,
ita et ultra sae
gentis et prin
num fuit, quam
sserebant. Iuxta

Latii et Felicis
sima loco et ope
rdum Casea, in
asi primo voca
na celebraretur;
exstructa, vel
astissimo conse
rorum, cyclopi
s attonitus. Sa
pannis quoti
perio uberioris
ere, alias post
tes Caseum op
urbem, prisco
n sua potestate,
pannis accessit,
itica ab iniuria



Benedictini Coenobii ad Montem-Cassinum prospectus.

Flagrante igitur Samnitico bello, Casco Romani potiti sunt, et illuc, Lucio Papirio Cursore, Caio Iunio Bubuleo consulibus, anno ab Urbe condita CCCCXLII quatuor veteranorum millium colonia, trigesima, deducta est, quae prima obstaret Samnitibus, et vigilaret siqua molirentur, siqua tentarent irreconciliabiles adversarii, qui nec Romanorum patiebantur aequo animo imperium, nec incolumes Campanos esse volebant, utrosque exterminaturi, si potuissent. Anno Urbis DCLXIII Municipii nomine Cassinensis Colonia decoratur. Apostolorum Princeps Petrus ibi mansisse dieitur, et Episcopos constituisse, quorum successores apparent Caprarius, anno p. Ch. CCCCLXV, qui Concilio subserpsit a Pontifice S. Hilario Romae coacto, et S. Severus, qui Romae pariter in Concilio fuit anno CCCCLXXXVII, Felice III Pontifice iubente.

Alarius, Gothorum rex, primo Cassinum quassavit; Theodoricus flammis, ferro penitus vastavit; at, mirabile dictu!, tot inter caedes et funera et ignes, duo idolorum ibi restituta sunt templa, quorum Venus alterum, alterum Apollo haberet. Ibi oracula convaluere, ritusque turpes, et sacrificia rursus instaurabantur. Qui fuerat oppido tanto locus vix raro habitatore incolebatur; rudera aedium, substructiones pro caulis, pro mapaliis erant; ibi degentes omni ferme soluti lege vivebant, in tantum subiecti, quia latifundum patricium colebant; paucae, exiguae domus Castrum Cassini, seu Castrum Cassinense constituebant.

Interea V p. Ch. saeculum excedebat, et quidam adolescens, cui Benedictus magno nomine nomen fuit, in eremo Sublacensi totum se caelostibus addixerat. Aestuabat Italia caedibus, incendiis, vastationibus barbarorum. Defessi animi, tristes, incerti pacem quaerebant. Benedictus in Dei nomine pacem praeferebat, hoc tantum si praestitissent, scilicet humanas omnes abiicerent curas, mundana omnia relinquerent; quid enim nisi mortem, rapinas, incendia, servitatem mundus offerebat? Iamque Sublacensis eremus impar adeuntibus erat. Hinc Benedictus, in Sublacensi valle, plura monasteria moliebatur circa Neroniana rura et Iacus; labentia illa, neglecta, expilata; solitarii maerentes ii, aureae navis, argenteorumque remorum, purpurei veli, citharoedorumque immemores in lintribus olim suavissima cum Augusto suo, lu-

cente luna, decantantium. In hoc erat dum accessit patricius Tertullus, obtulitque educandos duos filios Maurum et Placidum Patriarchae, insuper « pro redemptione animae suae » latifundium ingens Cassinense donavit; donavit praeterea quamplurima, quae a Lacu Fucino et campus Palentinis ad Anxur ferme producta possidebat. Duodecim monasteria Benedictus in Sublacensi erexit, de quibus alias in Commentario hoc relatum est (1); at duo simul premebant ut inde migraret, viri quidam nequam illis in regionibus, et angor saevissimus ob ea, quae in Cassinensi suo latifundio ab idololatriis patrari audiebat.


Abit itaque Cassinum ad Castrum, nullaque mora interposita, Veneris et Apollinis sacerdotes a delubris profligat, lucum turpissimae Deae sacrum incendit, idola frangit, asceteriumque ibi molitur, ubi iniqua mysteria recolabantur. Quod Cassinum fuerat Castrum, aedificato ibi templo et monasterio, Castrum Sancti Petri ad monasterium vocatum est. Quod fuerat sacrum Apollini et Veneri, templum ingens Ioanni Baptista fuit, turrisque prope edita est, in qua et essent conelavia monachorum, et esset tutamen a repentinis iversibus barbarorum.

Locum hunc integrum, locaque plura circum praesens occupat Cassinense coenobium, quod

(1) Cfr. an. V, n. VIII, IX, XI.

vulgo « Abbatia Cassinensis » sive « Monasterium Montis-Cassini » nuncupatur. Hoc ad latutus Cassini montis est, excelsi, ac nunquam nivium ignari, et quingentos producitur pedes in agrum, totidem in frontem. Ab oppido subiacente, cui a Sancto Germano nomen, si ascendens, oratoria, sacella, eremos invenies Mauro, Scholastiae, Cruci, Severo, Agathae consecrata. Mox maiorem coenobii portam ingredieris, et post hanc rustica omnia videbis ab ipsa turri, in qua S. Patriarcha moratus est, ad reliqua: namque in memoriam illius religione magna servantur intacta. Ulterius, (commode quamvis ascendas, ascendis tamen), ferrean subis portam, et postea plateam, quae coram monasterio est, feliciter attingis. Hie longa porticus ex albo saxo, quod marmor Tiburtinum dicunt, ordine dorico concinnata, deliciosis coronata desuper deambulatoriis, solariis; post hanc tria coram te sunt atria peristyliis ornata circum, spatiantia late, distincta pergulis, porphyreticis et numidicis columnarum truncis insignia in medio. Et medium quod est atrium praebet gradus ad regiam sealam, quam simulacra Benedicti et Scholastiae sororis eius custodiunt. Ascendens invenis vestibulum affabre exstructum, cui a statuis nomen. Hic libyco ex lapide pretiosae columnae, hic Urbani V et Clementis XI marmoreae statuae. Inde egressus in solarium pergis, quod ex delicioso prospectu rerum, agrorum, aedificiorum, montium et vallium « Paradisus » nominatur. Numerabone viginti columnas ex numidico marmore? Numerabone simulacra Sanctae Abundantiae, quae Benedictum genuit, aluit, educavit, Tertulli Partritii, Gregorii II, Zachariae, Victoris III, Benedicti Papae XIII, et Benedicti XIV, Euprobi patris Patriarchae, Gisulphi II Beneventani Ducis, Caroli Magni, Henrici II, Lotharii III Augustorum, Ruperti Guiscardi, Caroli III regis? Contemplare aeream portam, Constantinopolis anno MLXVI confectam, in qua argenteis litteris praedia, latifundia, pagi, vici, oppida, quae olim Cassinense Monasterium possidebat, enumerantur, et propriis nominibus designantur. At quaenam haec sunt? Quae tot eversiibus superfuere.

Longobardi enim, quibus nulla pestilentior labes italicis rebus fuit, templum a Benedicto



Benedictini Cassinensis coenobii atrium medium.

erectum et monasterium, Zitone Beneventano duee, anno DLXXXIX straverunt, prouti Sublaicensia omnia Benedictina una cum libris, codicibus, pretiosisque rebus, Agilulpho duce, destruxerant. Petronax abbas, quae potuerat, et magna quidem poterat, anno DCCXLIV, restituit. Quae utilitas? Saraceni anno DCCCXLVI, noctu aggressi, omnia ferro, incendio vastarunt, monachos interfecerunt, aurea, argentea omnia abstulerunt. Ioannes I abbas rursus restituit aedificiis, opibus, circa dimidium X saeculi, Aliernus intra CMLXXXVI a Chr. annum omnia complevit. Sed horribili terraemotu anno MCCCXLIX omnia coneiderunt, una cum oppidis propioribus. Urbanus V iterum erexit; at abbas Desiderius IV Petronius anno MDCLXIX solo aequavit aedificata, ut alia, quae nunc sunt, magnificentius conderet, quae an. MDCCXXVII absoluta fuere.

G. P.



QUADRAGESIMALES DOMESTICI MORES.

QUAEDAM in mores gentium saepe videmus illata, ritu suo invalescentia vel adversus mores ipsos, vel adversus ritus caeremoniasque solemiores, quibus eadem gentes obediunt, et quibus dueuntur. Unde haec semel manaverint, quomodo irrepserint, qua de causa, recepta semel a paucis, apud reliquos postea convaluerint, difficile serutatu est, difficile dictu, quippe huiusmodi fere omnia serpentum rationem sequantur, quibus praecipuum est caput abscondere, incolume a quavis iniuria servandum.

Non ultimum in his locum tenent, quae tem-

pore quadragesimali partim domestico, partim publico ritu, suscepta a maioribus traditione, coluntur; immo ea quae videntur domestica apud singulos, cum omnes teneant, publica et ipsa quodammodo nuncupanda iure putamus. Nonnulla, quae apud nos huiusmodi sunt, hodie persequi placuit.

Ubi *Cinerum* dies illuxit, ancillis, si domi sint, pueris puellisque suadentibus, si ancillae desint, chartae folium proponitur, et in eo figura quaedam muliebris exprimitur cerula vel atramento, supremis tantummodo lineis designata; huie autem, — atque haec rei summa, caputque hoc est, — septem pedes, non duo tantum, constituantur. Si novi hi minuseuli Urbinate plurimum calleant, vel sese in pingendo callere plurimum arbitrentur, dexteræ huius simulacri feminei pisces regendos addunt a rana ad eete, uti possunt; sinistram vero regendum canistrum, seu cophinum credunt hortensibus refertum divitiis a rapa ad Catonianum illud « nepente », caulem, scilicet, brassicas, et olera huiusmodi; delineata haec, depicta omnia intra delineantium ac pingentium peritiam. Sed quia talis effigie confectio aliquid solemne ac diuturnum domi domique profert, non desunt in ancillis, quae, futuri prudentes, iam ab inde, quae magis idonea effigie futura sint, comparant. Ubi vero amitae, ubi aviae adfuerint, quin etiam et avunculi interdum et avi, nam bis pueri senes, quae dicam iamdiu comparata sunt. Nam inter figuram, religione magna omne genus piscium, omne hortensium herbarum genus asservant, forfice separantes atque excidentes a reliquis, et cura haec libris, quos interdum figurae exornant, pestis, ruina, depulatio est, praelestum si

tabulas historiae naturalis ostendant. Haec omnia igitur filo insuta, pendentia, ut accedentibus, videntibus pateant quo maxime possint, si piscatoria fuerint, dexteræ adduntur; si hortensia, sinistrae; et maliebre illud *septempedatum* simularum (ne quis credat nos de oppido dicere!) parieti affigitur, plaudente et assiliente puerili omni comitatu, subridentibus matribus, maioribus natu omnibus, qui in primos suos praeteritiae annos redire sibi videntur. Iam et quaedam inter pueros, itemque inter ancillas — cur non dicam inter matres, et amitas, et avias? — aemulatio est, ut quae enique domus pulcherrimam, ditissimam effigiem Quadragesimae habeat, — hoe enim nomine simularum illud appellant, — et piscibus maxime ornatum, caulis, brassicis, intybis, rapisque maxime armatam ostentet.

Quaeres hie, humanissime lector, locum, parietem, saerarium, solium, in quibus tot praeparata curis effigies collocetur. Ne mireris; in coquina, raro vel nunquam in caenaeulis, scilicet ut coquendis conficiendisque praesit obscuris, ne quid in ea, quod ex carnibus esset, inducatur, immisceatur, nihil praeter herbas, fructus et pisces adhibeatur; nemini enim, si aegrotos et aegrotantes exceperis, toto quadragesimali tempore, carnium comedio olim concedebatur, laxataque remissiorque haec austera primum disciplina fuit, ubi « cholera » morbus nostris terris incubuit, sequensque perniciem illam novorum cohors morborum nostris passim regionibus vagata est.

Sed, ne spatium scribenti desit in Commentario, quae ad hunc ritum domesticum attinent cito prosequamur. Veniente post *Cinerum* die,

28]

FABULAE SELECTAE FONTANII
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE
PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

CIX. — CANIS HERILEM PORTANS COENAM.
*Suspensam collo, coenam portabat herilem
Doctus ferre dapum plena canistra, Phylax.
Pernam fert hodie, qua sollicitatus odora,
Vix agre dentes continet ille suos.
Continet ipse tamen; dum nos, ratione potiti,
Heu! quoties leribus vincimus illecebris!
Ovius en gerulo fit vasta fauce molossus,
Lautam qui coenam vi rapuisse parat.
Alter at obsistit valide; prudensque strategus,
Dum luctatur, humi pensile ponit omnis.
Sic geminos inter rivales stridula ferret
Pugna, canes alias quae, semel orta, trahit.
Attracti plebs vilis erant, assueta rapinis,
Terga quibus multo verbere calluerant.
Hac legione Phylax prospecta, candidus unum
Omnibus agnoscit, se nihil esse parem.
Ergo naufragium reputans non posse caveri,
Ex epulis offam curat habere suam.
— « Cur rixamus — ait — fratres? Mihi sit mea tantum
Pars; quidquid superest, viscera restra beet ».
Haec fatus, frustum sibi praeripit; inde molossus
Irruit in praedam, rulgus et omne sequax.
Admordent cuncti certam; dos sua cuique
Congrua contingit, rix tamquam aqua fami.
Explicat haud raro scenas non una caninas
Urbs, sua quae cupidis credidit aera viris.
Heic ut consul opes, ut quaestor devorat! utque,
Ordine quisque suo, cetera turba rapax!
Urbani si quem teneat pia cura peculi,
Furtis ut nolit testis adesse silens:*

*Is ridetur ut insipiens, idemque fit ultro
Furax, iam solitus diripuisse prior.*

CX. — MUS ET OSTREA.

*Musculus agrestis, cerebro dotatus egeno,
Haud poterat patrii taedia ferre laris.
Hunc igitur natale solum notosque recessus
Deserere, atque novas iurit adire plagas.
Vix egressus agro: — « Quam late panditur — inquit —
Tellus! En Alpes, Caucasus ecce minax ».
Caucaseos habuit montes, quos, plana per arra,
Exiguos tumulos talpa creare solet.
Oceanus versus mus tendit noster, ibique
Ostrea multa super littore sparsa ridet.
Concharum stupet aspectu, totidemque carinas
(*Praevalidam classem*) se repperisse putat.
— « Nae, genitor meus — inquit — erat mens crassior, ausus
Numquam, quo fuerat natus, abire loco.
Hic mihi regna patent Neptuni, pervia postquam
Omnia terrarum regna fuere mihi ».
Tales iactabat mus voces, quas ab agresti
Vate recantatas saepius audierat.
Audierat; nam rusticulus non roserat ullum
E doctis, quos mus rodit in urbe, libris.
Ostriferum littus dum rusticus adstupet, hiscit
Ostrea, mox bifidas pandere visa fore.
Solis namque bibit radios, zephyroque tepenti
Gaudet, qui sapido fragrat odore salis.
Musculus ut mollem candescere cernit et amplam
In concha praedam: — « Tu mea — clamat — eris;
Nunc ego te capiam; mihi tu, ni fallit ocellus,
Ni fallunt nares, regia ferela dabis ».
Exserit haec in verba caput, caput illud inane,
Valvis quod mediis inserit, atque neci.
Concha marina coit, concha marina tenax.*

*Murinam peperit petulans inscrita cladem.
Fabula nostra duo, rite notanda, docet:
Primum, saepe rudi vulgaria mira rideri;
Dein, male captantem iure solere capi.*

CXI. — AMICI DUO.

*Foedus amicitiae binos devinxerat Afros;
Alter, in alterius res, erat instar heri.
Nescio, num similes Europa recondat amicos;
Certe maiorem nescit amicitiam.
Unus amicorum noctu sua strata repente
Deserit, et tectis adrolat alterius.
Ostia pulsat: — « Io! — clamat —, famulosque sopori
Eripit et lecto, Morpheus unde fugit.
Surgit cum reliquis clamore citatus amicus;
Surgit et hac loculos, hac capit arma manu.
— « Quae tibi causa — rogat — renienda, dulcis amice?
Somno cur pulso, compita nocte teris?
Absumpsite tuos infelix alea nummos?
En haec aureolis plena crumena tibi.
Insidiatus tibi parat hostis forte cruentas?
En meus ensis: ero tutor, amice, tuus ».
Alter ad haec: — « Grates ex imo pectore reddo;
At mihi nil opus est ense, rel aere tuo.
Sopito mihi risus eras subtristis; ad omen
Accurri laetum; laetor id esse nihil ».
Die, age, lector, utri fuerit vis maior amoris?
Nodum solve, tuo si licet ingenio.
O res ante alias suavissima, verus amicus!
Hic ea, queis egeas, te reticente, videt.
Argus amans, secreta tui legit intima cordis,
Quae fortasse vetet te reserare pudor.
Hunc terrent cari capitum leviora pericia;
Providus haec arcet, nocte dieque vigil.*

(Ad proximum numerum).

pueris iterum
nam unusquisq;
pueris suac Qu
christitudinem et
rus erat, ampli
cedamus hoe si
sumus) additis
doque. Redeunt
puellarumque na
matrumque titi
plerumque Dom
Quadragesimam
urgentibus filio
tientium clamor
ero quodam pro
tata quaeque do
spiras, crustula,
strobo loque con
offerebat, quae
derent simul, et
accipientes tot unciae ter
bant? Nonne
bram?....

Interea pueris
ingens in equi
illo Quadragesimam
cereolis, lucernis
mirantibus appa
ret, puer, domi d
tium videndi an
matus sedile as
mulaco amputa
sis, vel commun
piscibus, unum

2] SELECTA EX

DE RECTA PROM

Ego arridens: —
quam — ut profitea
Vos magni Senator
ego de plebe litti
stilum? Plus oris
moni meo finis? Ill
culo, elicerem et ed
alunt, cum ipsa m
tamen quaedam pre
scalpendo, morsica
effectus! Litem eg
similis; decidito ea
idleus valde Pala
fluctus ».

Muretus resiliens:
Inepte; adeo enim
fluctuer ipse ego.
sermonis huius via
eum; nisi tenui ill
tionis. Quae enim
inquisitio, Lipsi, ne
iam saepe curiosa
ingenio sive vitio
caecutiant, in tene
qui ad minutis et
dimus, claudimus a

Ego iam irritation
inquam; — sed cu
lascit tibi hic sermo
indignum decurrer
tot olim Senatores,

s ostendat. Haec
ndentia, ut acceden-
uo maxime possint,
ne adduntur; si hor-
re illud *septempeda-*
redat nos de oppido
udente et assidente
ridentibus matribus,
in primos suos prae-
re sibi videntur. Iam
enque inter ancillas
et amitas, et avias?—
que domus pulcher-
Quadragesimae ha-
simulacrum illud ap-
e ornatam, caulibus,
maxime armata

lector, locum, pa-
in quibus tot prae-
tetur. Ne mireris; in
caenaculis, sci-
disque praesit obso-
ex carnibus esset,
dilhil praeter herbas,
nemini enim, si
eperis, toto quadra-
comestio olim con-
iorque haec austera
« cholera » morbus
quensque perniciem
orum nostris passim

i desit in Commen-
domesticum attinent
post Cinerum die,

pueris iterum scholae patebant; nemo deerat,
nam unusquisque et unaquaeque ex pueris et
pueris suac Quadragesimalis illius figurae pul-
chritudinem et merita et ornamenta celebratu-
rus erat, amplificationibus et mendaciis (con-
cedamus hoc sine crimine aetati, quam experti
sumus) additis et superadditis sine more mo-
doque. Redeuntium e scholis domum, puerorum
puellarumque narrationes curiositatem amitarum,
matrumque titillabant, et..... in adventantem
plerumque Dominicum proximum diem visitatio
Quadragesimarum indicebatur; interdum etiam,
urgentibus filiorum nepotumque morae impa-
tientium clamoribus, maturabatur. Nec sine lu-
ero quodam pro pueris praesertim; nam visi-
tata quaeque domus vinum et bellaria quaedam,
spiras, erustula, placentulas oleo, farina, astaphi
strobiloque confectas visitantibus urbanissime
offerebat, quae tamen unciae pondus non excede-
rent simul, ut intra ieiunii legem essent
et accipientes et dantes. At quid, quaeo,
tot unciae terque quaterque repetitae praesta-
bant? Nonne librae dimidium? Nonne lib-
ram?....

Interea pueris, puellis, ancillisque festum erat
ingens in coquina ante illum parietem, coram
illo Quadragesimae simulaero, accensis circa
cereolis, lucernulis ut pulchrius videntibus et
mirantibus appareret. Si hoc Dominicu die fie-
ret, puer, domi dominus, postquam contemplan-
tium videndi amor expletus eset, foreipe ar-
matus sedile ascendebat, et pedem unum a si-
mulacro amputabat; sortibus in vasculum mis-
sis, vel communis sententia audita, unum ex
piscibus, unum ex hortensibus pariter detrahe-

batur: pes, pisces, hortense flammis tradeban-
tur arsura. Solemnitas absoluta erat, sequenti
Dominico die iteranda, donec ad Sabbathum ma-
ioris Hebdomadae ventum eset.

At dimidiante Quadragesimali tempore, quo
die semper quinta feria est, et puer a scholis
vacant — hoc super omnibus unum! — nova vi-
sitatio erat, quia tunc non pes, sed simulacrum
integrum a capite ad talos medium findebatur,
nec tamen abscissa comburebatur pars, sed re-
liquae adhuc exstanti supponebatur. Causamne
quaeris? Sabbato Sancto focus ante portam Ec-
clesiae ex silice trahitur, robus accenditur, be-
nedicatur flammis. In hasce pueri, relaturi dom-
um benedictos carbones, et domestici cum eis,
simulacrum chartaceum Quadragesimae, iam
reductum ad assem, conificebant. Magna erat
exsultatio abeuntium effigies illas praefertium,
magnus clamor, imo magni clamores adeuntum
ignem, magnis pariter, ab his qui priores adi-
verant, vocibus exceptorum, magni plausus quum
proiicerent in flamas, maxima iucunditas pa-
riter dum, benedicto igne, carbones domum re-
ferrent, quibus extincti penitus foci restitu-
rentur, et laetissimum prandium, quia resur-
rexerat Dominus, praepararetur a matrefamilias... Prandium! Hoc pueris ante omnia. Et
postea ex illo igne succenderent cerei, qui
mensae illucerent, obsonis refertae gratissimis
venturo Paschatis die comedendis, scilicet ovis,
agni, placentis, caseo tum primario, tum re-
cocto, isiciis, pernis, lucanieis. Sacerdos veniet,
benedicet appositis, pacem domui benedicens
adprecabitur, perque conclavia rorans aspergine
sancta procedet comitante matre, comitantibus

natu maioribus; et interim puer, ad custodiam
appositorum relictus ne feles suriperent, ipse,
felis vicem gerens, aliquid clam e placentis
libat, aliquid ex ovis, aliquid ex resectis, ali-
quid....; prouti potest, fruitur libans e dapi-
bus onerantibus mensam. Quid si redeat mater
inopina, si avia, si amitula cara? Tortis furem
intuebuntur oculis, et simul arridebunt, me-
memores sui; namque idem illa in aetate fecerunt.

Causae huius ritus vel plurimae. In pueris
exspectatio feriarum, quae ad Pascha sunt:
quadragesimali nam tempore vehementiores quo-
tidiane scholae disciplina, labor, et severi-
tas. In hominibus non leve incommodum per-
cipiebatur ex ieiunii legibus. In omnibus de-
nique exspectatio tempestatis melioris, nempe
veris una cum diebus Paschatis reddituri. Hinc
desiderium Quadragesimae absolvendae, com-
plenda, practereundae. Cum autem nos co-
alescamus animo et corpore, hinc omnia, quae
circum sunt, modo inclinamus in spiritum, modo
in corpus retrahentes referimus. Quadragesimale
tempus acceptabile virtutibus animi praedica-
tur; huius eximi angustiis caro desiderat. Utrum-
que ritus hic exhibet, nosque libenter ignosci-
mus pueris ea, quae concedimus aetati, libenter
etiam viris, qui resurrectionis Dominicæ lae-
titiam exoptant.

At haec magnis in urbibus ferme penitus ob-
soleverunt; vix, neque integra, quibusdam in
viciis et parvis oppidis restant. Nos ultima me-
moramus illa, qui praesentia videmus.

H. DE VECCHI PIERALICE.

[2] SELECTA EX BIBLIOTHECIS ET ARCHIVIS.

DE RECTA PRONUNCIATIONE LATINA LINGUE
DIALOGUS.

Ego arridens: — « Adeo hoc non ego, Murete, — in-
quam — ut profitear hanc solam mihi fuisse mentem.
Vos magni Senatores haeretis hic et controvertitis;
ego de plebe litteratorum interponam decretorum
stilum? Plus oris mihi, plus animi. Quis igitur ser-
moni meo finis? Ille, ut inquirent eo velut pugiu-
culo, elicerem et educerem iudicia vestra. Caprificum
aiunt, cum ipsa maturas fieus non gignat, infecta
tamen quaedam producere quae veras fieus maturent
scalpendo, morsicando. Eadem mihi mens utinam, et
effectus! Litem ego ad tribunal attuli, aut tui aliquis
similis; decidito eam Praetor, sed tu, Murete, potius
idoneus valde Palaemon ad sedandos grammaticos hos
fluctus ».

Muretus resiliens: — « Me hue vocas? — inquit. —
Inepte; adeo enim alios hic sistere non idoneus, ut
fluctuer ipse ego. Nec tamen fugiam nimis, fateor,
sermonis huius viam, praesertim si secunda illa te-
cum; nisi tenue illud me absterreat et inutile quae-
tionis. Quae enim hic dignitas? Qui fructus? Anxia
inquisitio, Lipsi, nec res tota tanti. Et sane peccamus
iam saepe curiosa ista cura nos litterati. Quidam eo
ingenio sive vitio oculorum esse feruntur, ut de die
caeculant, in tenebris cernant. Vide ne nos iis similes
qui ad minuta et tenebrosa haec acriter oculos pan-
dimus, claudimus ad sapientiae lucem ».

Ego iam irritator: — « Moram, Murete, inificias,
inquam; — sed cum Plauto nostro dicam, more. Vi-
llescit tibi hic sermo. Itane? Scilicet Mureto aut Lipsio
indignum decurrere grammaticum hoc aequor, quod
tot olim Senatores, imo addo, Imperatores? Messalla

orator e clarissima Corvorum gente non librum integrum de unica littera S composit? Et cum laude quidem nominis sui adeo sine fraude. Claudius Im-
perator, quanta cura, et paene dicam ambitione, tres novas litteras invexit, iisque romanam linguam auxit? Non alia quam si totidem regnus imperii fines. Iam Caesar ille Julius *De Analogia*, id est levibus gram-
maticorum tricis, binos libros conscripsit, et triumphales illas epulas variare et interstingere non eru-
buit scholica ista dape. Augustus ipse maiestatis sua usque eo retinens princeps, ut deorum sibi honores vindicaret adhuc vivus, quam sollicite apud nepotes suos, quid et quomodo scriberent, cavit? Quin ipse eos et litteras et notare (ita in Suetonio legitimus, non
“natare”, quod obtinuit et quod remotius a Tran-
quilli mente fuit) aliaque rudimenta per se plerumque docuit, ac nihil aequo laboravit quam ut imitarentur chirographum suum. En ad ferulas istas serio descendunt ipsa sceptrum; et nos fastidimus ac delicias facimus si per lusum in iis consumamus pauca verba? Dico: per lusum, ne tu curiosas mihi curas ingeras, quam tecum sperno et inter remissiones hoc agri saltem postulo, ambulando, garriendo. At enim non istis fructus. Quis dieit? Pullati fortasse et bullati. At non hoc mei purpurati quos adduxi, non magni omnes viri, apud quos ea semper magna. Speciem non habent, fa-
tor; rem certe et usum. Ut stirpe arboreis, fundamento aedes, sic litterariis istis elementis ardua illa doctrinarum nixa, et sapientiae ipsa templa. Sed ut ista latent, etiam illa. Ecce in navi vela et arma-
menta omnium oculis se munusque suum ingerunt; delitescit in puppi gubernator ille clavus. Idem in scientiarum isto corpore censeas, in quo speciosae aliae, aliae occultae, sed efficaces. Quamobrem, mi Murete, aggredere, et fuge formidines istas vani vulgi ».

Ille cum risu manum mihi premens: — « Velim tuam hanc formidinem, — inquit, — qua callide in-
retia ista me compellis. Sed tu ne valde vacuus? »
— « Quid iam? » — inquam.

— « Quia, — inquit, — longiorem textum praevideo
huius sermonis; qui nec ordiendus est, si abrum-
pendus ».

Alacriter ego: — « At non Vacuna magis vacua, Mu-
rete, quam ego. Lustrari, vagari, discurrere, hoc opus
meum Romae. Age, incipe cum deo ».

— « Ille doceat, ducat, — inquit. — Sed ego te
prius, nisi abuis, ad viae huius caput, extra aestum,
qui assurgit ».

— « Valde placet, — inquam. — Et en, opportune
hic sciamellum sub statua ipsa facundi dei — (Mer-
curius ibi e marmore). — Insidemusne? »

— « Insidemus, — ait Muretus, — vel omnis certe
caussa, ut mentem eius participemus et interpretem
lingnam. Sed heus tu in parte scilicet iuvabis? »

— « In partu, — inquam ego. — Nam ut Socrates
ille tuus, quem ita amas ut in annulo gestes (1), ob-
stetricis munere fungi se ait, et interrogando, et du-
bitando elicere veritatem, sic ego parturientem te
aliquid fortasse iuvero movendo, quaerendo ». Ille risit et sic coepit:

III.

— « Priusquam hoc stadium serio ingredior, Lipsi,
si placet, ad careeres ipsos paulum resistam. Nam
corruptam aliamque a veteri pronunciationem no-
stram esse, universus hic sermo te decebit: quomodo,
quibusque causis nonne iure breviter praelibabo?
Mili videor ad rei tuamque lucem. Lingua igitur,
quam latinam appellamus, exiguis olim finibus, ut
ipsa gens, contenta, circa Romanum fere et finitima
infero Tiberi haesit. Italiani ceteram adeo non per-
vasit, ut quaeque gens suo usa sit et diversissimo
ab hac sermone. Volsci inquam, Osci, Hetrusei, Sam-
nites, Brutii, Apuli, peculiares et suae indolis lin-
guas usurparunt, quas diu, aueto etiam imperio, te-
nuerunt.

IUSTUS LIPSIUS.

(Ad proximum numerum).

(i) Effigie Socratis veteri Muretus signabat.

ANNALES.

Americanae res. — In Europa seditiones.

DUM Venezuelan pax restituta videtur et Bowensus, Americanorum legatus, de rato habendo quam citissime pacis foedere agit, dum tempus legesque simul constituuntur, quibus solvatur pecunia foederatis Europae gentibus, ex improviso easus quidam intervenit: Castro praeiens suo munere abdicat. Quid inde? Ad successorem eligendum flagrabunt ne iterum irae, bellumque civile nondum compositum vim antiquam resumet? Arceat deus, efficiatque ut pax laetis inita auspiciis, optimis ad finem perdureatur.

Sed interea per meridionalem Americam disordiae succrescent. In Panamensi regione primum inter Columbianam atque Honduras civitatem, ubi Bonilla dux coactis legionibus suis Teguegalpa urbem iam iam obsidione cingit Saneta Barbara urbe potitus. Similia ex Uruguagensi terra insonant, ex provinciis praesertim, quas Alba factio quae dicitur, plerumque dominatur, et in ceteros cives arma movit. Itaque respublica omnis septem in partes divisa est totidemque praefectis militum tradita. Ballistaria navis *Riviera-Roch* ad litus profecta est: agmina undique ad seditionem coerendam mituntur, et respublica militari imperio commissa.

★

In Europa quoque civiles seditiones hic illie moventur, in Batavis, in Hungarisi, in Lusitanis finibus. Moventur illa in regione opifices, qui paene generalem a quovis labore discessum constituere, quod, ob tantam simul coactam turbam otio deditam, non sine publicae tutelae discrimine fieri credunt; quare regis decreto productum tempus est quo milites emeritis stipendiis et domum regressuri ad vexilla maneant. Incendit Hungaros annua commemoratio viri fortissimi Aloysii Kossuthii, quam urbe in capite pompa solemniter celebrarunt. Seditio tamen haud gravis evasit, et exiguo vigilum agmine dissipata est. Lusitanos contra maiora premunt: vectigalia enim eitra quam ferri possint, recens aueta ita, ut Coimbra in urbe uno animo cives a solvendis tributis abstinerint, graviora minitantes, nisi obtestantibus sibi magistratus monrem gerant. Regi supplex libellus ab omnibus negotia agentibus oblatus est, ut tributa aliquantulum subleventur, utque non sinat publicae divitiae fontes fiscali ratione exsiccare. Seditionem in vias prorupisse non audivimus; at nuncii perbreves et incerti communicati per censure a gubernio designatos rerum statum aperte non explanant.

In Macedonia denique hinc ab incolis, hinc a Tureis cursitationes in dies iterantur, et sanguis adhuc spargitur....

POPLICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS

LEGIBUS FERENDIS.

In Anglia de numero militum augendo, qui quotannis ad vexilla maneant, lata lex. Pro re navalium summa expensarum agitur: Arnold Forster officio praepositus, quae novissime parata sunt in navium augmentum fuso sermone explicat.

In Belgica de incusationibus contra magistratus qui Congo coloniam regunt inlati Van-De-Heuvel dixit rempublicam ad Congo flumen Belgis minime esse curandam, utpote quae nihil cum iis commune habeat, quam unum eiusdemque regem: non igitur sibi Belgarum administro cavendum asseruit quidquid Africaneae regionis iudees melius aut peius decreverint, vel gesserint.

In Gallia disceptatio habetur vehemens de danda venia et iuris persona sacris sodaliciis, quae eam a municipum coetu exquisivissent. Lex fertur et rata habetur ut nullis sodalibus, qui in puerorum eruditionem incumbant, publice docere in Gallia licet: ita veniae exquirendae cuivis nova lege via praeculditur: decernitur ut oratio a Combes administrorum praeside habita publicis expensis in vulgus edatur. Item de altera oratione in senatu contra clerum habita.

In Iberia rogatio a curatoribus summis tum bellicae tum navalium rei proposita est, ut exercitus clas- sisque vires augeantur omnino. Villaverde tamen, qui aerario praest, sibi repugnare palam huiusmodi expensas ostendit.

In Italia de rei iudicariae administratione adhuc disceptatur.

SCRIBA.

LIBRORUM RECENSIO

PROF. DOTT. TITO TROCCHI. *Nozioni di Rettorica speciale per la quinta classe del Ginnasio*. Parte prima: Preliminari e Poesia. — Editio altera emendata et aucta. — Prati, ex officina Giachetti F. et Soe., MDCCCCII.

In secundi ordinis scholis dum historia litterarum fusius explicatur, sive quae nostram, sive quae Graecorum ac Romanorum veterum exprimunt vitam, praecpta et instituta rhetorices plerumque desiderantur. Huic rei videtur satis occurrisse v. cl. Titus Trocchius, cuius opus, nostro quidem indicio, a ceteris id genus libris, vel novissimis, haud exiguo intervallo secer- nitur. Habet enim eorum, quae ad poeticam pertinent, plenam tractationem ac pervenustam. Genus et speciem cuiusque rei cernit, definiendo explicat, tribuit in partes; suo cuique generi quae sit natura, quae leges, quid in singulis optimum, quid certum, quid in controversia aut contentione versetur, cl. doctor eleganti disputatione persequitur, eaque diligentia, ut nihil ab eo praetermissum, nihil temere dictum videatur. Insidet in eius mente pulcri species, animoque comprehensam habet poeticam formam omnem; de quibus interdum loquitur altius quam ut gymnasii tyrones forte valeant percipere. Facile igitur intellectu est T. Trocchi opus nihil habere commune cum iis, qui olim dicendi magistri numerabantur, cum vix docerent aliud praeter ornamenta quaedam, quae tunc sola erant in pretio. Contra is iudicandi tenet vias a media philosophia petitas et praesenti humanitati maxime accommodatas. Nec est in ea lectione ab utili-

tate seiuncta delectatio, praesertim ob adhibitum poetarum delectum, qui variis aetatibus in primis que nostra laudabiles extiterunt. Quare magis quam rhetorica collectionem dixeris in Trocchi paginis esse indicia de litteris.

Restat, quod valde cupimus, ut per late diffusam notitiam perutilis libri, quibus alli mox eiusdem scriptoris adiicientur, rectae iuvenum institutioni quantocius et cumulate satisfiat.

MICHAELIS Fusco Philosophiae ac S. Theologiae Doctoris, Pont. Instituti Leoniani diplomate in Literis latinis ornati *Sacrum Poemation*. — Casertae, ex officina Amedei Natalis, MDCCCCIII.

Tripartitum carmen, constans versibus CCLXV, in laudem Friderici De Martino electi antistitis Caetinae Sedi regendae, confirmat opportunitatem consilii, quo Leo XIII P. M. voluit altiorum litterarum in Urbe esse magisterium, unde sacri viri prodirent, non minus doctrinae, quam scribendi facultate praecclari. Ex ea palestra prodiit Michael Fusco, haud ignotus Commentarii nostri lectoribus ob proposita interdum aenigmata, idemque in spem Pindi succrescens, cuius virentia inga nunc primum scandere non infelici ausu tentavit.

P. ANGELINI.

AENIGMATA

1) Quadrupedantis equi collum decoroque leonis.

Rho mihi subnectas! Ex me lux spargitur alma.

2) Ales Iunonis stellante superbio cauda.

Rho mihi subnectas! Percuscas occupo mentes.

3) Pabula significo, quae iactat vel levis aura.

Rho mihi subnectas! Collo dependeo tauri.

FR. PALATA.

Ex sociis, qui horum aenigmatum interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:

IOANNES VALLARINUS

DE CAII CRISPI SALLUSTII

ARCHAICA ET VULGARI SCRIBENDI RATIONE.

Aenigmata an. VI, n. III proposita his respondent:

1) Bathyllus; 2) Al-p-es.

Ea rite soluta miserunt:

E. Burg, *Argentorato*. — Vinc. Starace, *Neapolit.* — Ios. Wabner, *Varsavia Polon.* — Ad. Huza, *Grybuvia*. — Rich. Malotta, *Brzozow*. — Ios. Walter, *Neo Eboraco*. — Iul. Sernatinger, *Dresda*. — Car. Stegmüller, *Sabaria*. — Collegium Scholarum Piarum *Stellae*. — P. I. Wawer C. SS. R., *Vaals*. — V. Herthel, *Mendhusio*. — Ioan. Cantono Ceva marchio, *Vercellis*. — F. Arnoni, *Mediolano*. — Ad. Müller, *Berolino*. — Cl. Manrel, *Massilia*.

Sortitus est praemium

P. I. WAWER,

ad quem missum est opus, cui titulus:

THOMAE VALLAURI

HISTORIA CRITICA LITTERARUM LATINARUM.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Pacis Phil. Cuggiani*.

IL

S. Ma

Hoc

rei longe

pretatione

Cantici o

vadori, 1

edidit eura

L. 0.50, i

IUV

artem s

Si quis i

certiore

Con

PROVECTA

tam eiv

dam, haud

tate filii ad

eaque maxim

saneta ab i

habita sunt

immo non ir

sed ineptissi

quasi per ioe

nuballista. E

quasi crimin

potes hodie

tamen mund

auspice et a

listariis saec

Singulare pr

significantur e

globulus apta

dat innocuo

irrisorie, ut al

requirientium :

Pugna para

centi spectant

praefecto vigi

desque et Rou

suspicati obsta

pugnam Victor

mo Annecii fut

moti qui ad vi

consilient in eu

raesertim ob adhibitum
is aetatis in primis
nt. Quare magis quam
eris in Troechi paginis
us, ut per late diffusam
ibus alii mox eiusdem
e iuvenum institutioni
sfiat.

ophiae ac S. Theologiae
oniani diplomate in Lit-
Poemation. — Casertae,
MDCCCCIII.

ans versibus CCLXV, in
o electi antistitis Caia-
nat opportunitatem con-
luit altiorum litterarum
nde sacri viri prodirent,
scribendi facultate pree-
iit Michael Fusco, haud
lektoribus ob proposita
e in spem Pindi succere-
ne primum scandere non

P. ANGELINI.

MATA

llum decoroque leonis.
me lux spargitur alma.
superbio cauda.
reulsa occupo mentes.
iactat vel levis aura.
Collo dependeo tauri.

FR. PALATA.

aenigmatum inter-
ntarii moderatorem
nses, unus, sortitus,
ui titulus:

LLARINUS

SALLUSTII

SCRIBENDI RATIONE.

posita his respondent:

(2) Al-p-es.

. Starace, Neapoli. — Ios.
Huza, Grybovia. — Rich.
Neo Eboraco. — Iul. Sernar-
ier, Sabaria. — Collegium
I. Wawer C. SS. R., Vaa. —
un. Cantone Ceva marchio,
o. — Ad. Müller, Berolino.

ER,

ulus:

LLAURI

RARUM LATINARUM.

CIAMPI, iurisperitus.

is Phil. Cuggiani.

LE LAUDI LATINE IL CANTICO DEL SOLE DI S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello, praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro
rei longe peritissimo, conscriptam, continentur *laudes latinae* cum interpre-
tatione italica, *Canticum Solis*, et illa *Speculi perfectionis* capita, quae
Cantici originem exponunt, aliaque permulta. Libellum hunc Iulius Sal-
vadori, litteris tradendis in Romano Athenaeo doctor egregius, maxima
editit eura, ac Romae apud commentarii *Vox Urbis Administratorem* venit
L. 0.50, in pauperum levamen.

IUVENIS QUIDAM ITALUS MEDICINAE DOCTOR

artem suam profiteri cupit apud exterias gentes.
Si quis itaque officium aliquid ei offerendum habeat
certiorem de re faciat

Commentarii *Vox Urbis Administratorem*,
qui negotium aget.

PER ORBEM.

PROECTA humanitas totque leges in vi-
tam civium tutandam late vel vindican-
dam, haud impediunt quominus indigni ae-
tate filii ad omne pessimum facinus ruant,
eaque maxima iura violaturi insurgant, quae
sancta ab ipsis societatis humanae exordiis
habita sunt. Vitam dicimus fratrum, quam
immo non ira moti, non mala auri cupiditate,
sed ineptissimae gloriolae incensi desiderio et
quasi per iocum aggrediuntur cuspide aut ma-
nuballista. Hisce, quae ferreae mediae aetati
quasi criminis impingebamus, exultissimi ne-
potes hodie foedamur. Idque Lutetiae, quae
tamen mundi caput urbs habetur, contigit,
auspice et auctore diario quodam, cui a bal-
listaris saeculi XVII titulus *Mousquetaire*.
Singulare praelium a diario statuitur, leges
significantur et arma, ensis tamen euspidi vix
globulus aptatur, qui forte ictus pessimos red-
dat innocuos pugnantibus: at heu! aptatur
irrisorie, ut aliquantulum vigilum urbanorum
requerentium mos voluntati geratur.

Pugna paratur: adstant viri plusquam du-
centi spectantes; at vetatur agonis aditus a
praefecto vigilum. Adveniunt brevi Labar-
desque et Roussier rei auctores, qui vigilum
suspiciati obstaculum, praesentibus nunciavere
pugnam Victoris Hugonis in via, certa in do-
mo Annecii futuram. Tunc statim curiositate
moti qui ad visendum spectaculum venerant
consilunt in currus, in equos, atque Annecium

tendunt: ex domibus in Circum prospicientibus,
ex tectis, ex arboribus, e sealis frequentis-
simi homines manent. Ecce autem primo
agmine Villette atque Labardesque nudo pe-
ctore nudisque tergis pugnant; Villettius ta-
men, multos post congressus praevalide re-
pulsos, in brachio vulneratur.

Venit iterum praefectus ut rem intercipiat;
at cum illi enses ostendissent globulo hebe-
scentes, sinit pugnam fieri, abitque. Statim
vero abiectis globulis ensium cuspide nuda
resumitur praelium bis, terque, quaterque. At
rei finis parum cruentus, etsi nomine saevo
pugnantes potare sanguinem dicti fuerint.
Totius enim moliminius una videtur ratio: pe-
cunia, cuius ut optima messis fiat, iterandum
brevi incurvantem agonen viri fortissimi spo-
pondere. Iamvero semper periculum adest
vitae, quod forte, minus canta hostis manu quis
cum persenserit, quid illum iuvabunt pacis
triumphi, quos, summa comitate, inter gentes
quotidie celebramus?

Palam immo videtur homo esse contentus
vitam suam haberri pro nihilo. Ita aeronauta
ille Oblat, Tergeste natus et Merighii disci-
pulus, qui Sola ex urbe nubes scandere satis
non habuit; namque suspensa globo aereo fune
gymnicos ludos audere sibi proposuerat, dum
globus aere potitur. Rem demens Icarus ten-
tat; soluto vix a funibus atque ascendeante
globo, sua e navicula statim prosilit. Funi in-

FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 X 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS administratorem.

SI QUIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

TORQUATI TASSI HIEROSOLYMA LIBERATA

a IOSEPHO TORALDO e versibus Italicis in
latinos conversa,

apud *Vocis Urbis* administratorem
ven. lib. 6.

ferius pendenti iniicit manus; at heu! nondum
ad quinque cubitorum altitudinem globus eve-
ctus fuerat, cum funis e constringentis mani-
bus effugit, illeque, ululante circum prae ter-
ore populo, in solum delapsus conteritur om-
nino.

Quodsi prodiganda est sponte vita certaque
ratione, eam ponendam potius in Charetotii
ausu credam, qui Hugonis illius Victoris poetae
neptem uxorem duxit. Ille enim audacium nova
secum collecta manu explorare rursus glacialia
maria cupit, maxime vero Iosephi Francisci ter-
ram, quam versus Maio proximo mense, navi ad
rem exstructa et instructa quam optime, pro-
ficietur.

Quamvis optimam omnium metam puto illam
esse, quam sibi Meisterkecht, Amburgensis vigil,
proposit. Sciens enim Anglos perquam cupide
exquirere locum ubi Transwaalianus ille pree-
ses Kruger millies centena millia libellarum
seplivisso dictatur, quartam partem ex cen-
tenis sibi, foedere pacto, adrogans in ausum
discessit. Quid vero? Fidentibus sibi haud favet
nonnumquam fortuna. Vigilem enim sua ad
litora appulsum Boeri cives adeo aspere ha-
buerunt, ut vacuis manibus in patriam redire,
infelix ille Dedalus coactus sit. Iamque vobis
singulis eam fortunam clamat, lectores, atque
faustiorem in rem eventum opinatur, qui vos
amat,

VIATOR.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS COMM. VOX URBIS IN AN. MDCCCCIII

Premium subnotationis est in Italia Libell. 10; ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½; Coron. 15 *recto tramite* mittendum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM
COMMENTARI "VOX URBIS", POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA.

Qui premium ut supra miserit infra Ianuarium mensem anni MDCCCCIII, praeter Commentarii numeros omnes qui edentur ipso anno MDCCCCIII, accipiet *ad libitum*

- a) Librum (vulgo « album ») praecipua Urbis referentem, pulchritudine insignem, atque Commentarii moderatore iubente expresse adstructum; *sive*
- b) Urbis e Ianiculo monte prospectum (Tabulam aere cusam metr. 1,10 × 0,24); *sive*
- c) Collectionem chartularum electissimarum, quae distinctae coloribus plurima de Roma, iuxta optimarum artium placita, referunt.

QUI NOVOS DABIT SOCIOS

eligit insuper:

- a) Libros de disciplinis omnibus, de bonis litteris, de Ecclesiasticis rebus quolibet e bibliopolarum catalogo, usque ad dimidium subnotationis annuae suae, id est in Italia ad Libell. 5; extra Italiam ubique ad Libell. 7,50; Marck 6; Sch. 6; Doll. 1½; Rubl. 3; Flor. 3½; Coron. 7½. Ipse electos libros describat atque Commentarii administratori significet; gratis mittentur, excepto impendio diritorio Republicae debito; *sive*
- b) E picturis Urbis grandes duas, photographice redditas, prouti voluerit ac significaverit; usque, ceu supra, ad dimidium annuae subnotationis;
- c) *Sin potius cupierit, dimidium subnotationis premium ei remittetur qua pecunia dimiserit.*

Hac ultima conditione (c) modus datur sociis, quo si binos dederint socios novos, ipsi *gratis* Commentario fruantur; sin, possint amico favere, Commentarium dimidiato pretio praebentes.

Notatum vero plane volumus nos nova omnino sociorum nomina exspectare tradenda; non enim socios novos umquam existimabimus eos, qui nomen suum olim iam Commentario dederunt.